

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Friedrich Wilhelm Dresde

**Friderici Gvilielmi Dresdii ... Prolsio ... De Vsv Pentatevchi Samaritani A Kennicotto Emendativs  
Descripti Ad Ivdicandam Et Emendandam Pentatevchi Hebraici Receptam Lectionem Ad Exemplvm  
Geneseos XLIX**

**Altera : Ad Indicenda Solemnia Michaeli Angelorvm Principi Sacra**

Vitebergae: Dürr, [1783]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn82379444X>

Band (Druck)

Freier



Zugang





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn82379444X/phys\\_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn82379444X/phys_0001)

DFG

Fc-1419. 1-12









Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn82379444X/phys\\_0006](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn82379444X/phys_0006)

DFG

FRIDERICI GVILIELMI DRESDII

THEOL. DOCT. ET PROF. PVBL. ORD. ALVMN. ELECT. EPHOR.

SVIQVE ORD. H. T. DECANI

P R O L V S I O   A L T E R A

D E

VSV PENTATEVCHI SAMARITANI

A KENNICOTTO EMENDATIVS DESCRIPTI

AD IVDICANDAM ET EMENDANDAM PENTATEVCHI

HEBRAICI RECEPTAM LECTIONEM

AD EXEMPLVM GENESEOS XLIX

A D   I N D I C E N D A

S O L E M N I A

MICHAELI ANGELORVM PRINCIPI

S A C R A

---

VITEBERGAE

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRIL.



**C**oepimus nuper Geneseos caput XLIX tamquam illustre laudare exemplum, ex quo luculenter ostendi possit, quem usum Pentateuchum Samaritanum, a Kennicotto plenius et emendatius descriptum, ad iudicandam et emendandam lectionem Pentateuchi Hebraici receptam praebeat, si Samaritana lectio tam cum codicibus Hebraicis, a Kennicotto collatis, quam cum antiquis Versionibus omnibus comparetur; estque nobis propositum, hac noua nobis ad scribendum data occasione, coeptam disputationem persequi, et, si fieri possit, ad finem perducere. Vidiūs iam, quomodo Samaritana lectio commemoratis codicibus Hebraicis non minus, quam antiquis omnibus respondeat Versionibus. Sed, quum omnis huius instituti vis in eo versetur, *vt eae potissimum Samaritanae lectiones, quae a recepta Hebraica discrepant, cum laudatis codicibus Hebr. et antiquis Versionibus conferantur*, quia recepta lectio Hebr. si cum omnibus codicibus Samaritanis consentiat, procul dubio potior iudicanda est quauis alia; prae ceteris opus est, *vt eiusmodi diligentem collationem lectoribus veluti in tabula ante oculos ponamus.* Habet autem ea, si promissis stare, et nihil, quod in codicibus Samaritanis a recepta lectione Hebraica discedit, praetermittere volumus, in modum hunc.

*Com. 1.* legitur **לְבָנָיו** pro recepto **אל בָּנָיו**, in Samaritano vno. Reliqui Samaritani et Hebraici omnes *receptam lect. tuentur.* Veteres huius loci Interpretes quomodo legerint, non liquet. — ibid. deest **תְּהִימָה** in vno tam Samaritano, quam Hebraico. Reliqui codices Sam. et Hebr. item Samar. Versio et Onkelos *hanc voculam clare exprimunt.* *Com. 2.* leg. **לֵישָׁרָאֵל** pro rec. **אל יְשָׁרָאֵל** in duabus Samar. In vno Hebr. **אֶל** pro **אַל**, et in alio habetur. Reliqui codices Samar. et Hebr. *receptam lectionem tuentur.*

A 2

Omnies

Omnis h. l. Veteres Int. יִשְׂרָאֵל reddunt; vtrum autem eorum quispiam ל legerit pro אל, non liquet. Com. 3. leg. pro בְּכוֹרִי pro rec. in Sam. omnibus, et Versione Samar. item in septem Hebr. Reliqui h. l. Vet. Int. num Vau medium expressum habuerint in suis codicibus, non liquet; vertunt tamen omnes primogenitus meus. Receptam autem lect. tuerint omnes reliqui codices Hebr. — ibid. leg. כְּחִי pro rec. in Samar. vno. Receptam lect. omnes habent codices tam Hebr. quam Samaritani reliqui. Vet. h. l. Interpretes reddunt vis mea; incertum autem est, vtrum Vau medio caruerint, nec ne. Com. 4. legitur פְּחוֹת pro rec. in Samar. omnibus, et Versione Sam. Exprimunt quoque secundam Praeteriti omnes h. l. Vet. Interp. excepto solo Arabe, qui Nomen reddit, estque in codicibus Hebraicis, antiquis potissimum, scribendi compendio, quo ultimae vocum literae omittuntur, nihil frequentius. Quare Samaritana lectio receptae, licet hanc omnes tueantur codices Hebraici, merito praefertur. — ibid. leg. pro rec. חֹתֶר, in Sam. omnibus. Receptam lectionem tuerint tam consensus codicum Hebr. omnium, excepto vno, qui habet הַתֵּר, quam ipsa Versio Sam. Reliqui Veteres h. l. Int. quomodo hanc vocem legerint, non liquet. Com. 5. leg. כָּלֹו pro rec. in Sam. omnibus. Eandem lectionem Versio Sam. et LXX. exprimunt. Onkelos vtramque παραφεγγει. Receptam autem omnes tam codices Heb. excepto vno, qui כל habet per Apocopen, quam reliqui h. l. Veteres Int. tuerint. — ibid. leg. מִכְרָהִים pro rec. in Samar. vno. In septem Hebr. habetur מִכְרָהִים, in vno alio מִכְרָהִים, in vno alio forsitan מִכְרָהִים. Receptam lectionem tuerint omnes reliqui, tam Samar. quam Hebraici codices. Exprimunt quoque eam Samar. Versio. Quomodo autem reliqui h. l. Vet. Int. hanc vocem legerint, non liquet; vertunt enim LXX. ἐξαιρέ-σεως αὐτῶν, Onkelos בָּאָרֶץ תּוֹבָהָהּ in terra peregrinationis sua, Cyrus מִן כִּינָהָן ex natura sua, Vulgatus bellantia, Arabs פְּרָצָהָהָמָא violentia eorum; Aquila denique ανάσταψε reddit, quae tamen lectio

ctio sana non videtur. *Com. 6. leg.* בְּסָדֶם pro rec. in Sam. omnibus, item in tribus Hebr. *Receptam lectionem tuentur* omnes reliqui codices Hebr. Veteres autem h. l. Int. vtrum Vau medium legerint nec ne, non liquet. — *ibid. leg.* תְּבָא pro rec. in Samaritanis vndeclim, item in vno Hebr. In vno alio Sam. habetur תְּבָא per literarum Metathesin, hancque lectionem Samaritana exprimit versio; vertit enim אחרוֹת voluit. *Receptam lectionem tuentur* omnes reliqui tam Samar. quam Hebr. codices. Num autem reliqui Vet. h. l. Int. eandem lect. habuerint, non liquet. — *ibid. leg.* וּבְקַהֲלָם pro rec. בְּקַהֲלָם, in Sam. omnibus, excepto vno, qui Vau praefixo caret, item in 12. Hebraicis, et primo in tribus aliis. Eandem lectionem omnes h. l. Vet. Int. exprimunt, excepto Onkeloso, qui cum reliquis omnibus codicibus Hebr. et laudato vno Samar. *receptam tuetur*. — *ibid. leg.* יְחִידָה pro rec. תְּחִידָה, in Sam. omnibus. Eandem lectionem Sam. Versio et LXX. exprimunt; *receptam autem tuentur* omnes codices Hebr. item Aquila et Arabs. Reliqui h. l. Vet. Int. quomodo hanc vocem legerint, non liquet; vertunt enim Onkelos et Syrus descendit, quasi legerint. יְרֵד, Vulgatus autem vertit fit, quasiflegerit. — *ibid. leg.* כְּבוֹדָי pro rec. כְּבוֹדָי, in Sam. omnibus, item in 18. Hebraicis, et forsan in vno alio. *Receptam lectionem* non omnes modo reliqui codices Hebr. verum etiam LXX. Int. *tuentur*. — *ibid. leg.* הַרְגָּזָה pro rec. in Sam. vno. Omnes h.l. Vet. Int. occiderunt reddunt, exprimunt quoque *receptam lect.* codices Hebr. omnes, et Samaritani reliqui. — *ibid. leg.* וּבְרוֹצְנָמָם pro rec. וּבְרוֹצְנָמָם, in Sam. omn. item in 16 Hebraicis, et forsan in vno alio. Vet. h. l. Int. vtrum Vau medium legerint, nec ne, non liquet; *tuentur* tamen *receptam lect.* codices Heb. reliqui. *Com. 7. leg.* אֲדֹרָה pro rec. אֲדֹרָה, in Sam. omnibus, et Versione Sam. *Receptam lectionem tuentur* omnes tam Codd. Hebr. quam Vet. h.l. Int. ne exceptis quidem Alexandrinis. — *ibid. leg.* וְחַבְרָתָם pro rec. וְעַבְרָתָם, in Sam. omn. exceptis duobus, qui *receptam lectionem* feruant. Discrepantem lectionem Samaritana exprimit

Versio; *receptam autem tuentur* omnes tam Codices Hebr. quam reliqui Vet. h. l. Int. et in his ipsi Alexandrini. — *ibid. leg.* אֲחַלִיקָם, in Sam. vno, in vno alio habetur אֲחַלִיקָם. Omnes h. l. Vet. Int. *diuidam eos* reddunt absque copula; exprimunt quoque Samaritanus, Onkelos, Syrus et Arabs, coniugationem Piel; *tuentur* denique *receptam lect.* codices omnes tam Hebr. quam reliqui Samarit. *Com. 8.* — Hoc et sequentia commata usque ad duodecimum sequuntur comma septimum ad imam paginam literis minoribus, et forsan ab alia manu, in vno Samar. codice. Huius vero aut similis omissionis nullum vestigium est neque in codicibus, siue Samar. reliquis, siue Hebraicis, neque in antiquis h. l. Versionibus. — *ibid. leg.* יְוֹדֵךְ pro rec. יְיֻדּוֹךְ, in duobus Sam. In vno Hebr. יְיֻדּוֹךְ habetur. *Receptam lectionem* omnes reliqui *tuentur* codd. tam Sam. quam Hebr. Omnes quoque h. l. Vet. Int. pluralem Futuri Hiphil exprimunt. — *ibid. leg.* יְדִיךְ pro rec. יְדִיךְ, in Sam. omn. et Versione Samar. Eand. lect. LXX. exprimit et ὁ Ἐβραιὸς in Origenis Hexaplis a Montfauc. editis; *receptam autem tuentur* omnes tam Cod. Hebr. quam reliqui Vet. h. l. Int. — *ibid. leg.* בְּעַרְפֵּי pro rec. בְּשֻׁרְפֵּה, in vno Sam. In quinque Hebr. et primo in vno alio habetur. Vulg. Arabs et Ἐβραιὸς Pluralem, reliqui h. l. Vet. Int. Singularem exprimunt; *receptam autem lect.* omnes reliqui tam Sam. quam Hebr. codices *tuentur*. — *ibid. leg.* וַיְשַׁחַחְוּ pro rec. וַיְשַׁחַחְוּ, in Samar. nouem, item in sex Hebr. Reliqui codices tam Sam. quam Hebr. *receptam tuentur lect.* Ex antiquis h. l. Int. solus Arabs Vau praefixum reddit. *Com. 9. leg.* גָּר pro rec. גָּר, in Sam. omnibus, exceptis octo, qui *receptam lect.* feruant. Discrepantem lectionem Samaritana exprimit Versio; *receptam autem tuentur* omnes ut codices Hebr. cum octo Samaritanis, ita et reliqui Vet. h. l. Int. — *ibid. leg.* כָּלְבִּיה pro rec. כָּלְבִּיא in Sam. omnibus, et Versione Sam. *Receptam lectionem tuentur* omnes codd. Hebr., Vtram vero reliqui habuerint Vet. h. l. Int. non liquet. *Com. 10. leg.* וַמְחַקֵּקְוּ pro rec. וַמְחַקֵּקְוּ, in Sam.

Sam. quatuor, item in quinque Hebr. In alio Sam. habetur קְמַקָּה, in alio קְמַחֲקָה, in adhuc alio קְמַחְקָה. *Receptam lect. tuentur* omnes reliqui tam Sam. quam Hebr. codices. Reddit quoque He praeфиксum nullus h. l. Vet. Interpretum. Vau medium autem utrum quisquam eorum legerit, non liquet. — *ibid. leg.* cum Daleth pro rec. רְגָלִיו in Sam. omn. In uno Hebr. מְבִין the galiot plane abest, in alio primo scriptum fuit. Samaritanam lect. Samaritana exprimit Verchio; *receptam autem* ut omnes reliqui codices Hebr. ita et LXX, Onkelos, Syrus, Aquila, et Vulgatus, *tuentur*. Arabs παραφεύζει. — *ibid. leg.* יְבוֹא, in Sam. omn. item in uno Hebr. In alio Hebr. vox plane abest, in alio habetur בָּא. *Receptam lect. tuentur* omnes reliqui Hebr. codices. Veteres autem h. l. Int. utrum Vau medium expressum habuerint in suis codicibus, non liquet; vertunt tamen omnes, *donec veniat*. — *ibid. leg.* שְׁלָה pro rec. שְׁלָה, in Sam. omnibus, item in 26. Hebraicis, et nunc in uno alio. In duobus aliis Hebr. habetur ה super rasura, in tribus aliis leg. שְׁלָו, in alio margo habet ק'שְׁלָו. *Receptam lect.* omnes seruant reliqui codd. Hebr. Samaritana Verchio Samaritanam lect. exprimit; LXX, Onkelos, Syrus, Aquila et Arabs, ita vertunt, quasi שְׁלָו legerint; Vulgatus reddit: *qui mittendus est,* quasi legerit שְׁלָוחָה. *Genuina lectio* videtur שְׁלָה cum ה pro ו, quae literarum permutatio valde frequens est hoc ipso in capite. — *ibid. leg.* וְקַהְתָּו pro rec. וְקַהְתָּו, in Sam. omn. exceptis nouem, qui habent וְקַחְתָּו. In uno Hebr. legitur primo קַחְתָּו. Samaritanam lectionem cum ה Samaritana Verchio, Onkelos, Syrus et Arabs, exprimunt; *receptam autem* tuerint partim consensus tam codicum Hebr. fere omnium, quam Aquilae, Vulgati et ipsorum LXX Int. partim Onkelosi, Syri, et Arabis, dubia in hac caussa auctoritas, quia videntur sensum potius, quam ipsa verba exprimere voluisse. *Com. ii. leg.* אַסְרָוּ pro rec. אַסְרָוּ, in Sam. omnibus. Eandem lectionem exprimit Samar. Verchio; *receptam autem* omnes tam codices Hebraici, quam reliqui Vet. h. l. Interpretes, et in his ipfi

—————

ipsi Alexandrini, *tuentur*. — *ibid. leg.* שִׁירָה pro rec. שִׁירָה, in Sam. omnibus, item in quatuor Hebr. In quatuor aliis Hebr. margo habet ק' שִׁירָה, in vno alio שִׁירָה scribitur. Omnes h. l. Vet. Int. Iod procul dubio habuerunt; num vero omnes quoque Vau loco He habuerint, non liquet. Reddit enim Samaritana Versio קְרַתָּה *urbem eius*; reliqui omnes Veteres Int. *nullum suum* vertunt, excepto Onkeloso, qui παραφερεῖται. *Tuentur* tamen *receptam lect.* omnes ceteri codices Hebr. — *ibid. leg.* וְלֹשֶׁרֶקָה pro rec. in tribus Sam. et duobus Hebr. Eandem lect. Samaritana exprimit Versio; reliqui autem h. l. Vet. Int. *vtrum Iod medium* habuerint, sicut ne, dici non potest; carent tamen eo, sicque *tuentur receptam lect.* omnes codices reliqui. — *ibid. leg.* בְּנֵי pro rec. בְּנֵי, in vno Sam. *Receptam lect.* *tuentur* omnes tam Hebr. quam reliqui Samar. codices. Ex antiquis autem Interp. Samaritanus et Vulgatus soli Iod ultimum clare expresserunt. — *ibid. leg.* אֵיתָנוּ pro rec. אֲתָנוּ, in Sam. omn. excepto vno, qui per literarum transpositionem habet אֲתָנוּ. In vno Hebr. אֲתָנוּ scribitur, in tribus aliis אֲתָנוּ. Samaritanam lect. Samaritana exprimit Versio, vertit enim עַמְוקָח fortitudinem eius; *receptam autem tuentur* omnes reliqui tam codices Hebr. quam Vet. h. l. Int. quamvis non constet, *vtrum hi Vau medium, aut He loco Vau ultimi* legerint, nec ne; redundat enim *afinam suam*. — *ibid. leg.* לְבָשֹׂו pro rec. in Sam. omnibus, item in 13 Hebr. et primo in vno alio. In tribus aliis habetur לְבָשָׂה. Samaritana Versio Vau medium clare exprimit; reliqui autem h. l. Vet. Int. *vtrum id habuerint*, nec ne, non liquet. *Tuentur* tamen *receptam lect.* omnes reliqui codices Hebr. — *ibid. leg.* כְּסֻתוֹת pro rec. סותה, in Sam. omn. In vno Hebr. margo habet ק' כְּסֻתוֹת, in 23 aliis habetur סותה. Samaritanam legctionem omnes h. l. Vet. Int. exprimunt, poscit quoque eam sensus et loquendi usus, suntque Iudei etiamnum in ea sententia, ut per Aphaerelin pro סותה scribatur; quare nullus dubito, legctionem *receptae praeferre*. Com. 12. leg. הַכְלִילָו pro rec. חַכְלִילָיו,


חַכְלִילֵי, in Samar. omn. excepto vno, vbi abest Iod medium, et alio, qui habet ו pro ו. In duobus Hebr. scribitur ו solito maius. in vno alio abest Iod ultimum. Reliqui codices Hebr. *receptam tuentur*; Veteres autem h. l. Interp. omnes, ne excepto quidem Samaritano, sensum loci potius, quam verba singula reddiderunt, adeo ut de vera eorum lectione non accurate nobis constet. *Com. 13.* leg. לָהּ pro rec. לְהָנָה prima, in Sam. vno. In nouem Hebr. abest Vau medium. *Receptam 48. tuentur* omnes reliqui tam Sam. quam Hebr. codices. Ex antiquis autem Int. folus Samaritanus Vau medium clare expressit. — *ibid. leg. אֲנוֹת* pro rec. אֲנוֹת, in Sam. omnibus, item in 31. Hebraicis. Habetur eadem lectio primo in vno, forsan in duobus, et super. ras. in vno alio Hebr. *Receptam lectionem* omnes reliqui *tuentur* codices Hebr. Veteres autem h. l. Int. num Vau Pluralis expressum legerint, non liquet. — *ibid. leg. שׁ* pro rec. שׁ, in Sam. omnibus, excepto vno, qui receptam lectionem seruat. In duobus Hebr. שׁ super ras. est, in quatuor aliis, et primo in vno alio, et nunc in vno alio, habetur שׁ. Eandem lectionem Samar. Versio, LXX. Vulgatus et Syrus exprimunt; *receptam autem* omnes reliqui codices Hebr. item Onkelos et Arabs, tuentur. *Videtur tamen שׁ per historiam Ios. XIX. plane genuinum.* — *ibid. leg. צִידּוֹן* pro rec. צִידּוֹן, in duobus Sam. item in decem Hebr. In vno alio Sam. צִידּוֹן habetur. *Receptam lectionem* tuentur omnes reliqui tam Sam. quam Hebr. codices, item Samar. Versio, Syrus et Arabs; reliqui h. l. Vet. Int. quomodo hanc vocem in suis codicibus expressam habuerint, non liquet. *Com. 14.* leg. חַמּוֹר pro rec. חַמּר, in Sam. omnibus, exceptis duobus, qui receptam lectionem seruant. Discrepans lectio habetur quoque in quindecim, et primo in tribus aliis Hebraicis. Eandem lectionem Samar. Versio exprimit, habet enim חַמּאָר ex literarum similiūm confusione pro חַמּוֹר; *receptam autem* ut laudati duo Sam. ita et omnes reliqui codices Hebr. et ipsi LXX. tuentur, hi enim ex eadem literarum similiūm confu-

sione חַטָּא reddiderunt. Reliqui h. l. Vet. Int. num Vau expressum habuerint in suis codicibus, non liquet. — *ibid. leg.* נְרִים pro rec. גֶּרֶם, in Sam. omnibus. In vno Hebr. נְרֶם גֶּרֶם habetur. Samar. Versio הַוְתָבִים reddit, quod lectioni גָּרוֹם accurate respondet. *Receptam autem lectionem omnes reliqui codices Hebr. tueruntur*, nec videntur habuisse aliam reliqui omnes h. l. Vet. Interpretes. — *ibid. leg.* הַשְׁפָתִים pro rec. הַמְשֻׁבָּחִים, in Samar. vno. Eandem lectionem Samar. expressit Versio; *receptam autem tueruntur* omnes tam Hebr. quam reliqui Samar. codices, nec videntur aliter legisse ceter. h. l. Int. Veteres. *Com. 15. leg.* מִנְחָה pro rec. מִנְחָה, in Sam. omnibus, item in Hebraicis 21, et primo in duabus aliis, et forsan in vno alio. Eandem lectionem Samar. Versio exprimit; *receptam autem tueruntur* omnes reliqui codices Hebr. Ceteri h. l. Vet. Int. num Vau expressum habuerint, non liquet. — *ibid. leg.* טֻבָּה pro rec. טֻבָּה, in Sam. omnibus. Eandem lectionem omnes Vet. h. l. Int. exprimunt, poscit quoque eam loquendi usus, estque recepta procul dubio nata ex Apocope, codicibus Hebraicis visitatissima. Quare nullus dubito, *receptae*, quamuis munitae consensu codicum Hebr. omnium, Samaritanam praeferre. — *ibid. leg.* וְיֵהִי pro rec. וְיֵהִי, in Sam. vno. In vno Hebr. habetur וְיֵהִי. *Receptam lectionem tueruntur* omnes reliqui tam Sam. quam Hebr. codices. Veteres autem h. l. Interpretes quomodo hanc vocem legerint, non liquet. — *ibid. leg.* לְטוֹסָה pro rec. לְטוֹסָה, in quinque Sam. *Receptam lectionem* codices omnes tam Hebr. quam Samaritani reliqui *tueruntur*; clare quoque eam Onkelos expressit, nec videntur aliam habuisse ceteri Vet. h. l. Interpretes. *Com. 17. leg.* וְיֵהִי pro rec. וְיֵהִי, in Sam. omn. Samar. Versio habet וְיֵהִי, quod videtur vitiose scriptum pro וְיֵהִי. Reliqui Vet. h. l. Int. quomodo hanc vocem legerint, non liquet; *receptam* tamen *lectionem tueruntur* omnes codices Hebr. — *ibid. leg.* עַלְהָה pro rec. עַלְהָה primo, in tribus Sam. Eandem lectionem Samar. Versio exprimit; *receptam autem tueruntur* omnes Codices Hebr. non minus,

nus, quam reliqui ut Samaritani codices, ita quoque Veteres h. l. Interpretes. — *ibid.* leg. שְׁפָטָן pro rec. שְׁפָטָן, in Sam. omnibus, excepto vno, in quo habetur שְׁפָטָן\*. In decem Hebr. et primo in vno alio Hebr. legitur שְׁפָטָן. *Receptam lectionem tueruntur* omnes reliqui codices Hebr. Versio Sam. et LXX. Participium, reliqui h. l. Vet. Int. Substantium reddunt. — *ibid.* leg. עַלְהָ pro rec. עַלְהָ, in Sam. vno. In vno Hebr. עַל habetur. *Receptam lectionem tueruntur* omnes tam reliqui codices Samar. et Hebr. quam Vet. h. l. Interpretes. — *ibid.* leg. אַחֲרָה pro rec. אַחֲרָה, in Sam. vno. *Receptam lectionem tueruntur* omnes codices tam Hebr. quam Samaritani reliqui, nec videntur aliam habuisse Vet. h. l. interpretes. — *ibid.* leg. אַחֲרָה pro rec. אַחֲרָה, in vno Samar. et Hebr. In duobus Sam. aliis קְוִיּוֹתִי habetur. *Receptam lectionem tueruntur* omnes reliqui tam Sam. quam Hebr. codices, nec videntur aliam habuisse Vet. h. l. Int. vertunt enim omnes retrorsum. *Com.* 18. leg. קְוִיּוֹתִי pro rec. קְוִיּוֹתִי, in Sam. vno. In vno alio Sam. קוֹתִי, et in duobus Hebr. קְוִיּוֹתִי habetur. *Receptam lectionem tueruntur* omnes reliqui Sam. et Hebr. codices. Onkelos, Syrus et Arabs, primam Praeteriti, Vulgatus primam Futuri, LXX. Participium Benoni, Samaritanus denique Substantium cum Affixo primae personae, reddiderunt, prout nimirum quisque locum intelligendum credidit. *Com.* 19. leg. יְגַדֵּנוּ pro rec. יְגַדֵּנוּ, in Sam. omnibus, excepto vno, qui יְגַדֵּנוּ, et alio, qui יְגַדֵּנוּ habet. In quatuor Hebr. יְגַדֵּנוּ, in duabus aliis יְגַדֵּנוּ scribitur. *Receptam lectionem tueruntur* omnes reliqui codices Hebr. Quomodo autem Vet. h. l. Interpretes hanc vocem legerint, difficile dictu est; videntur tamen omnes, et in his Samaritanus quoque, Futurum Kal potius, quam Hiphil, expressisse. — *ibid.* leg. הָוָא pro rec. וְהָוָא, in Sam. omnibus, exceptis undecim, qui receptam lectionem seruant. *Receptam tueruntur* quoque omnes codices Hebr. non minus, quam omnes h. l. Veteres Interp. — *ibid.* leg. יְגִידָה pro rec. יְגִידָה, in Sam. omnibus, excepto vno, qui receptam lectionem seruat. In 33. Hebr. et

primo in duobus, et forsan in duobus aliis, יְהֹוָה habetur; in uno, alio ו super ras. est. *Receptam lectionem tuentur* omnes reliqui codices Hebr. omnesque h. l. Vet. Int. videntur Futurum Kal exprimere voluisse. *Com. 20. leg.* טַבֵּנָה pro rec. שְׁמַנָּה, in Sam. omnibus. In uno Hebr. שְׁמַנָּה habetur. Samaritana Versio seruat טַבֵּנָה; quam autem reliqui h. l. Vet. Int. habuerint lectionem, non liquet. *Receptam quidem omnes seruant codices Hebr. reliqui;* videtur tamen *Samaritana prorsus genuina,* quia לְחֵם Hebraeis semper generis masculini est, ne excepto quidem loco Leuit. XXIII, 17. vbi per auctoritatem codicum recepta lectio minus sana est. — *ibid. leg.* הוּא pro rec. וְהֹוּא, in Sam. uno. *Receptam autem lectionem tuentur* omnes tam codices Hebr. et Samaritani reliqui, quam Vet. h. l. Interpretates. — *ibid. leg.* מְעֻדָּנִי pro rec. מְעֻדָּנִי, in septem Samar. *Receptam autem lect. tuentur* omnes tam codices Hebr. quam Samar. reliqui, cum Versione Samar. nec videntur reliqui Vet. h. l. Int. lectionem aliam habuisse. *Com. 21. leg.* נְפָתָלִי pro rec. נְפָתָלִי, in Sam. uno. *Receptam lectionem tuentur* omnes tam codices reliqui, quam Vet. h. l. Interpretates. — *ibid. leg.* שְׁלֹחוּה pro rec. שְׁלֹחוּה, in Sam. omnibus, excepto uno, qui habet ex literarum transpositione, et alio, qui receptam lect. seruat. In uno Hebr. vox plane abest, alii duodecim Samaritanam primam exprimunt; reliqui autem omnes *receptam tuentur*. Veteres h. l. Int. num medium Vau expressum habuerint, non liquet; reddunt tamen omnes Participium Passuum. — *ibid. leg.* שְׁוֹרֶר pro rec. שְׁבָר, in Sam. omnibus, exceptis sex, qui *receptam lect.*, seruant. *Tuentur* quoque hanc omnes Hebr. nec videntur aliam habuisse Vet. h. l. Interpretates, excepto Samaritano, qui videtur legisse. *Com. 22. leg.* בְּנֹות pro rec. בְּנֹות, in Sam. omnibus. In uno Hebr. vox plane abest. Samaritanam lectionem Samarit. Versio et LXX. exprimunt; *receptam autem* omnes reliqui tam codices Hebr. quam Vet. h. l. Interpretates *tuentur*. — *ibid. leg.* צְשִׁירָיו pro rec. צְעָדָה, in Samar. omnibus. In uno Hebr. צְעָדָה cum Resch

Resch habetur. Samaritanam lect. Samaritana Versio et LXX. iterum reddunt; *receptam* autem omnes codices Hebr. tuentur, nec videntur aliam habuisse reliqui Vet. h. l. Interpretates. — *ibid.* leg. pro **rec.** עלי שור, in Sam. vno. In vno Hebr. עלה שור סלק reddit, quod lectioni respondet. *Receptam* autem *lectionem* tuentur omnes reliqui, ut codices Samaritani et Hebr. ita quoque Vet. h. l. Int. *Com. 23.* leg. pro *rec.* וימררוּ, in Samar. vno. In alio Samar. ווְמַרְרוּ, in tribus Hebr. וימררוּ habetur. Syrus suffixum non exprimit; reliqui autem omnes tam Vet. h. l. Interpretates, quam Samaritani et Hebraici codices, *receptam* lect. tuentur. — *ibid.* leg. pro *rec.* ורבוּ ויריבחוּ, in Samar. omnibus. In vno Hebr. וירבוּ, in alio ורבוּ habetur. Samaritanam *lectionem* Samaritana exprimit Versio; videntur quoque eam LXX. et Onkelos reddidisse. Vulgatus vertit, quasi legerit. Syrus et Arabs *lectionem* Hebr. clare reddunt; dubium tamen est, num Vau medium legerint, *quo carent cum recepta lectione* omnes reliqui codices Hebraici. *Com. 24.* leg. pro *rec.* באהן, in Sam. vno. In vno Hebr. באהן habetur. *Receptam* *lectionem* tuentur omnes tam Vet. h. l. Interpretates, quam reliqui Samar. et Hebr. codices. — *ibid.* leg. זרושי pro *rec.*, in Sam. omnibus, exceptis duobus, qui transpositis literis habent. זרושי seruant quoque septem Hebraici; reliqui autem *receptam* *lectionem* tuentur. Veteres h. l. Interpretates omnes *brachia* vertunt, dubium autem est, num expressum quoque habuerint Vau medium. — *ibid.* leg. pro *rec.* ידוּ, in vno Sam. Solus Arabs hanc vocem non reddidit; reliqui autem tam codices, quam Vet. h. l. Int. *receptam* lect. tuentur. — *ibid.* leg. ממשׁ\* pro *rec.* ממשׁ, in Sam. vno. In duobus Hebr. ממשׁ ומשׁ habetur, hancque *lectionem* Samaritanus et Syrus exprimunt. *Receptam* autem tuentur omnes reliqui tam Vet. h. l. Int. quam Sam. et Hebraici codices. — *ibid.* leg. רעה, in octo Samaritanis, item primo in vno, forsitan in vno alio, nunc



in duobus aliis Hebraicis. Tres alii Hebr. רַעֲשָׁה habent. Samaritana Versio שׁ reddit; reliqui autem Vet. h. l. Int. non minus, quam ceteri Sam. et Hebr. codices *receptam lect. tuentur*; dubium tamen est, si a solo Arabe discesseris, num Vet. Interpretes Vau medio caruerint. *Com. 25.* leg. וְאֶל pro rec. in Samaritanis omnibus, exceptis duobus, qui carent Praefixo Vau. Praefixum Versio quidem Sam. et LXX non exprimunt; tuentur tamen id omnes tam codices Hebr. quam reliqui Samaritani, et h. l. Vet. Interpretes. אל autem non omnes tantum habent Sam. codices, sed confirmant quoque Samaritana Versio, LXX. Syrus, et duo codices Hebr. Poscit quoque loquendi usus, et loci sensus lectionem hanc, soletque אה cum אל in codicibus Hebr. frequenter confundi. Quare nullus dubito receptae eam praeferre. — *ibid.* leg. יְבָרֶכְךָ pro rec. in quatuor Samar. Eandem lectio nem Samaritana Versio, Vulgatus, et Syrus, exprimunt; *receptam* autem omnes tam codices Hebr. quam reliqui Samar. codices, et Vet. h. l. Interpretes, tuentur. — *ibid. leg.* מִתְעָל pro rec. in Sam. omnibus, excepto uno, qui *receptam lect.* feruat, quam tueruntur quoque omnes codices Hebraici. Veteres h. l. Interpretes utriusque lectioni fauunt. *Com. 26.* leg. אָבִיךְ וְאָמֵד pro rec. אָבִיךְ, in Sam. omn. Eandem lect. Samar. Versio et LXX. exprimunt; *receptam* autem tuentur omnes tam codices Hebr. quam reliqui Vet. h. l. Int. Videtur quoque sensu haec discrepanti praestare. — *ibid. leg.* הָרֵי pro rec. הָרֵי, in Sam. omnibus, item in octo Hebr. Eandem lect. Sam. Versio et LXX. exprimunt. Receptam omnes quidem reliqui ut codices Hebr. ita et Vet. h. l. Interpretes tuentur; videtur tamen *discrepans* propter Deuter. XXXIII, 15. *plane genuina*. — *ibid. leg.* הַאֲוֹתָה pro rec. הַאֲוֹתָה, in uno Samar. In antiquis Vers. et reliquis codicibus *a recepta lect. nihil discrepat*. — *ibid. leg.* תְּהִינָּה pro rec. תְּהִינָּה, in Sam. omnibus, item in septem, et primo in duabus Hebr. In uno alio Hebr. נ extensum est super ras. in alio rasura est post תְּהִינָּה. Veteres h. l. Int. omnes

Futurum

Futurum reddunt; vtrum autem id plene, an apocopate legerint, non constat. Mihi videtur Samaritana lectio plane genuina. — *ibid.* leg. וְלֹקְדָּךְ pro rec. *וְלֹקְדָּךְ*, in Sam. vno. In vno Hebr. Daleth prius super ras. est. In antiquis Vers. et reliquis codicibus *a recepta lectio nihil discrepat*. — *ibid.* leg. בֶּזֶר pro rec. *בֶּזֶר*, in vno Sam. In vno Hebr. vox prorsus abest, in alio cum Daleth habetur. Versiones antiquae et reliqui codices *a recepta lectione nihil diuersi* habent. *Com. 27.* leg. בְּנִימִין pro rec. *בְּנִימִין*, in Sam. omnibus. In 28. Hebraicis, et primo in vno alio, habetur בְּנִימִין. Samaritanam lectionem Samaritana exprimit Versio; *receptam* autem omnes reliqui tam codices Hebr. quam Vet. h. l. Interpretes, et in his ipsi Alexandrini, *tuentur*. — *ibid.* vocis זָהָב litera נ, in vno Samar. autem in vno Hebr. super rasura habetur. Codices reliqui, Veteresque h. l. Int. *a recepta lectione non discrepant*. — *ibid.* leg. עֲדֵי pro rec. שׁ, in Sam. omnibus, excepto vno, qui שׁ refert. In vno Hebraico forsan שׁ habetur. Priorem lectionem Samaritanam Samaritana Versio et LXX. exprimunt; *receptam* autem omnes reliqui tam Codices Hebr. quam Vet. h. l. Interpretes *tuentur*. *Com. 28.* vox אֱלֹהִים plane abest in Sam. vno. Eadem *soli* carent LXX, in codice Alexandrino, vitio librarii, nisi potius עַתָּה Vaticani ortum sit ex interpolatione Origenis. — *ibid.* leg. אַחֲם pro rec. אָוֹתָם, in Sam. omnibus, item in 31. Hebr. *Receptam* autem *tuentur* omnes reliqui codices Hebr. Vtrum Vet. h. l. Interpretes Vau medium legerint, nec ne, non liquet. — *ibid.* leg. אִישׁ pro rec. אִישׁ אֲשֶׁר, in Sam. omnibus, item in duobus Hebr. In vno alio Hebr. אִישׁ אֲשֶׁר, in alio אִישָׁר אֲשֶׁר habetur. Samaritanam lectionem sola Samar. Versio, *receptam* autem solus Onkelos clare expressit; hanc vero praeter illum omnes reliqui codices Hebr. *tuentur*. — *ibid.* leg. כְּבָרְכָתָו pro rec. כְּבָרְכָתָו, in vno Sam. In vno Hebr. forsan כ est loco כ Praefixi, in alio super ras. est, in alio denique Vau Affixum abest. *Receptam lectionem* omnes tam Vet. h. l. Interpretes, quam reliqui Samar. et Hebr. codices clare

clare reddunt. Com. 29. leg. וַיֵּצֵא pro rec. in vno Sam. In vno Heb. habetur eius loco יָבֹךְ. LXX. hanc vocem non reddunt; reliqui autem Vet. h. l. Int. clare eam exprimunt, *tuenturque receptam* vocis *lectionem* omnes reliqui codices tam Sam. quam Hebraici. — *ibid.* leg. אֲתֶם pro rec. אֲתֶם, in Sam. omnibus, et 35. Hebraicis. *Receptam* autem *lect. tacentur* omnes reliqui codices Hebr. De antiquis Interpr. vid. iam dicta ad com. 28. — *ibid.* leg. pro rec. אֱלֹהִים, in Sam. omnibus, excepto vno, qui *receptam lect.* seruat. Discrepans *lectio* habetur quoque in nouem, et primo in tribus Hebr. In alio Hebr. נ super rasura est. Veteres h. l. Int. quomodo hanc vocem legerint, non liquet; *receptam autem lectionem tacentur* omnes reliqui codices Hebr. — *ibid.* leg. אֲתֶיךָ pro rec. אֲתֶיךָ, in Sam. vno. In vno Hebr. vox plane abest. Veteres h. l. Int. quomodo hanc vocem legerint, non liquet; *receptam autem lectionem* codices omnes reliqui *tacentur*. — *ibid.* abest plane אֲבָתִי in vno tam Sam. quam Hebr. *Voces autem has tacentur* omnes cum reliqui Codices, tum Vet. h. l. Interpretates. — *ibid.* leg. אֲבָתִי pro rec. אֲבָתִי, in septem Sam. item in vno Hebr. super ras. In alio Hebr. אֲבוֹתָיו habetur. Omnes h. l. Vet. Int. *patres meos* vertunt; vtrum autem Vau medium legerint, nec ne, non liquet. *Receptam vero lectionem tacentur* omnes reliqui Sam. et Hebr. codices. Com. 30. leg. עַפְרֹן pro rec. in Sam. omnibus, et 22 Hebraicis, item primo in vno alio Hebr. Eandem *lectionem* Samar. Versio, Syrus et Arabs, clare exprimunt, quod de reliquis non ita liquet; *receptam autem tacentur* omnes reliqui codices Hebr. — *ibid.* leg. \*לְאַחֲתָה pro rec. לְאַחֲתָה, in vno Sam. In vno Hebr. לְאַחֲתָה habetur. Num Vet. h. l. Interpretates Vau medium legerint, non patet; *receptam autem lectionem tacentur* omnes reliqui tam Samar. quam Hebraici codices. Com. 31. leg. שׁ pro rec. שׁ primo, in Sam. omnibus. In duobus Hebr. tota vox vna cum sequentibus usque ad אַשְׁתָּו abest. Omnes Vet. h. l. Int. hanc vocem exprimunt; incertum autem

autem est, vtrum eam cum **נ** Paragogico legerint, nec ne. *Receptam* tamen *lectionem* Hebraici codices omnes tuentur. — *ibid. leg.* **בּוֹא** pro rec. **בּוֹשָׁה** secundo, in Sam. omnibus. Vau Praefixum habent quoque duo Hebr. item Sam. Versio, LXX. in Cod. Alex. Syrus, et Arabs; Vulgatus autem, LXX in Cod. Vatic. et Onkelos, *receptam lectionem* exprimunt, quam etiam omnes reliqui codices Hebr. tuentur. — *ibid. leg.* **בּוֹא** pro rec. **וְשָׁמָה**, in Sam. omnibus. In tribus Hebr. abest Praefixum Vau, quod ex antiquis h. l. Int. soli LXX. non exprimunt. *Receptam lectionem* tuentur quoad Vau omnes reliqui tam codices, quam Vet. h. l. Int. quoad **ה** autem omnes codices Hebr. *Com. 33. leg.* **עַמּוֹן** pro rec. **עַמִּין**, in Sam. omnibus, excepto uno, in quo haec vox una cum tribus vocibus antecedentibus prorsus abest. Samaritanam *lectionem* omnes Vet. h. l. Int. exprimunt, ne excepto quidem Onkeloso; *receptam* autem omnes codices Hebr. non hic tantum, verum etiam cap. XXV, 8. et 17. item XXXV, 29. tuentur. Quae caussa est, cur crediderim, Onkelosum et reliquos Vet. Int. qui sua ex codicibus hauserunt Hebraicis, vocis huius sensum potius probabilem, quam veram *lectionem*, exprimere voluisse.

Ex hac operosa et molestissima recensione omnium ac singularum diuersitatum, quibus hodierni codices Samaritani, a recepta lectione Hebraica discrepant, earumque diligentie collatione cum omnibus codicibus Kennicottianis et antiquis Versionibus, luculenter patet: 1) *Lectionum diuersarum, oppido prauarum, ingentem numerum, usum vero ad iudicandam, et emendandam receptam lectionem adeo nullum esse, ut operam et oleum perditurus esset, si quis porro vellet in his enucleandis tricis multum laborare.* 2) *Receptam lectionem plerumque quidem quavis alia potiorem esse, cum auctoritate codicum, tum etiam sensu, nec tamen semper sanam iudicari posse, quod etiam ipsi Iudeorum critici passim fatentur, posseque illi hoc uno in capite Samaritanam lectionem nouies tuto praeferriri, commatibus nimirum 4,*

10, 11, 13, 15, 20, 25, 26 bis. 3) Reliquis lectionibus, tam codicium Hebr. quam Vet. Interpretum, quae a recepta lectione Hebr. consente cum codicibus Sam. omnibus, discedunt, ad iudicandam aut emendandam lectionem receptam nihil ponderis esse posse, ac proinde has quoque, in discutiendis utilioribus lectionibus variis, merito omitti. 4) Ad corrigenendos ceteros omnes libros Hebraicos Versionem LXX. Int. eundem fere usum praebere posse, quem praebet Samaritana lectio ad corrigendum Pentateuchum Hebraicum. Videntur enim laudati Interpretes in reliquis quoque vertendis libris sacris eiusmodi usus esse codicibus, qui ad Pentateuchi Samaritani indolem quam proxime accederent.

His autem praemissis, Ciubus nostris Solemnia indicenda sunt, ex antiquo inter nos seruato more MICHAELI, Angelorum principi, sacra. Quae ut multum utilitatis praebere possunt omnibus, qui Oratorum sacerorum probis iustisque monitis rite vti velint; ita et Vestrum erit, CIVES OPTIMI, sacras nostras aedes vestra hodie ornare frequentia, et exquisita Oratorum nostrorum erga Vos studia in vestros usus conuertere quam diligentissime. P. P. die XXIX. Septembris MDCCLXXXIII.

VITEBERGAE

LITERIS CAR. CHRIST. DÜRRII.













[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn82379444X/phys\\_0030](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn82379444X/phys_0030)



tur. Ille e N. T. quaedam attulit loca. Nec  
potio vocabulorum τε οὐς τε αὐθεωπες de Christo  
sibique familiarissima, quod Pharisei eum fili-  
profitebantur. Reliquum est, vt pauca dicam ad  
viam tum verbi αιων Xenophonti κυριε παιδεια lib.  
τη temporis vitae visitati: καλλιον καη ηδιον τον αιωνα  
n familiaris Iudeorum loquendi rationis 8τε εν  
τε εν τω μελλοντι, quam Marcus loco citato per 8η  
ς τον αιωνα αλλ ενοχος 85ιν αιωνις ηριστεως interpretatur.  
libris Sacris non infrequentem etiam exprimunt  
nas graues dabit. Itaque difficile est dictu, Chri-  
tianionem Iudeorum tetigisse, se partem in altera  
uant, habituros. Varias significationes vocum  
αιων μελλων, Ebraeorum עולם הזה atque  
n, enumerat Meuschenii N. T. e Talm. illust. &  
omment. in Ep. Pauli ad Eph. exc. 1. Totum  
transfero: si quis hominibus probra obiicit, faci-  
habitetur illi: at qui in signa diuina maledicita dicit,  
impune faciet; quod in exemplo Pharaonis cerni



Patch Reference Chart TE63 Serial No. 0111  
Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 0111